

## DEL PUIG DE INCA A S'ESGLEYETA DE ESPORLES

### *Las Monjas del Olivar*

El serio investigador D. José Barberi, Pbro, ocupándose del anti-  
quísimo Oratorio, que había empezado a florecer en el siglo XIII, en  
honor de Santa María Magdalena, sobre un monte del término munici-  
pal de Inca, donde se establecieron unas religiosas clarisas, que el mis-  
mo llama Urbanistas,<sup>1</sup> afirma ser cierto “que en el año 1409 ya trataban  
de abandonarlo, como consta por un breve de Alejandro V dado en  
Anagni el diez de las calendas de noviembre, confirmado por otro de  
Sixto IV dado en San Pedro de Roma el día antes de las calendas de  
septiembre de 1474”.<sup>2</sup> De la expresión “ya trataban de abandonarlo”  
parece poderse colegir que habían llevado no pocos años de permanencia  
en la cumbre montañosa, diríamos desde antes de cerrarse el  
siglo XIV. Sin embargo, un legado testamentario de 1395 nos hace sa-  
bedores de “fra Jaume Correger, ermità del puig d'Inca<sup>3</sup>”, y consta,  
además, por una de las llamadas *Lletres comunes*, datada en 1402, que  
unas piadosas mujeres deseaban reintegrarse a la referida montaña,  
en cuyo solitario apartamiento ya antes habían vacado a la oración  
y a la penitencia practicando vida eremítica.<sup>4</sup> A pesar de los mencio-

---

<sup>1</sup> San Francisco dio a las Damas Pobres, hijas de Sta. Clara, una breve *formula vitae*; en 1253 Innocencio IV confirmó definitivamente su regla, que incluía el *Privilegium paupertatis*; más tarde Urbano IV mitigó el rigor de dicha regla, por lo cual las religiosas que siguieron esta reforma se llamaron *Urbanistas*.

<sup>2</sup> *Apéndice histórico de la Villa de Inca en Vida de la Vble. Sor Clara Andreu, religiosa jerónima*, (1807), pp. 36-37. — Por nuestra parte recordaremos que: Alejandro V (Pedro Filargo), de la Orden de Menores, cardenal arzobispo de Milán, fue elegido papa en Pisa el 27 de junio de 1409, muriendo al cabo de diez meses en Bolonia, habiendo “concedido extraordinarios privilegios a los monjes franciscanos”. — Sixto IV (Francisco della Rovere), también fraile Menor ascendió al pontificado el 9 de agosto de 1471, ocurriendo su deceso el 13 de igual mes en el año 1484. (cf. *Los Papas, desde San Pedro hasta Pio XII*, por Giuseppe Arienti, 1945, pp. 397 y 418).

<sup>3</sup> *Bol. Soc. Arq. Luliana*, t. IX, p. 362.

<sup>4</sup> Cf. mi obra *Eremitismo Luliano* (Edit. Mallorquina, 1952), pp. 74-75.

nados breves pontificios,<sup>5</sup> abrigamos la convicción de que los cimientos de dicha fundación de monjas observantes de la 2ª regla franciscana no arranca sino del último decenio del siglo XV, conforme lo indica la *Carta misiva*, que presentamos como documento a). Que una comunidad de clarisas residiera más o menos tiempo al amparo de Santa Magdalena es indudable: lo demuestra el hecho de que un día abandonaban su albergue conventual, sito en terreno estéril y falto de agua, trashumando hacia una llanura de Esporlas, donde procuráronse nueva mansión de paz al lado de un pequeño templo, S'Es-gleyeta, rodeado de olivos, con título mariano: *ecclesia sive capella Sancte Marie olivaris*, al decir de instrumentos notariales. Todos nuestros historiadores coincidieron, quizás por copiarse unos a otros, en afirmar que el traslado acaeció el año 1515.<sup>6</sup> Quadrado, menos preciso, consigna que fue a principios del siglo XVI.<sup>7</sup> Pero los documentos b, c y d) demuestran terminantemente que por el noviembre de 1526 las profesas hijas de Sta. Clara continuaban todavía en su encumbrado monasterio inquense, si bien ya se tramitaba el asunto entre ellas y el rector de Esporlas, los propietarios de Son Maixella, capitán general y jurados de la ciudad. La escritura o documento e) sobre el traspaso de lo que era de su pertenencia en Santa Magdalena, derrama la certeza de que en 1530 ya tenían carta de vecindad en Esporlas, residentes en su modesto casalicio, que al punto fue llamado "convent de l'olivar", fabricado a base de estrecheces y privaciones. Véanse a renglón seguido los sólidos motivos en que se apoya nuestra doble rectificación:

a) Molt alt e potentíssim Senyor —Per una letra de vostra altesa dirigida al Spectable lochtinent general es vengut a noticia de nosaltres Sor Prexedis Magdalena monge observanta de la orda de Sancta Clara haver informat vostra altesa havia fet adificar hun monestir del dit orde en lo pug de la villa dincha vulgarment dit de Sancta Mag-

<sup>5</sup> ¿Pudo constatar Barberi la verdad con las bulas auténticas, de los papas Alejandro V y Sixto IV, a la vista, o únicamente leyó y recogió de ellas referencias mediatas? El documento e) menciona ciertamente las concesiones (autorización y confirmación respectivamente) de dichos pontífices; pero quizá, o sin quizá, iban dirigidas a toda la rama de las Urbanistas, que no en particular a las del Puig de Inca, si bien éstas, en su caso concreto, usarían del privilegio general, haciéndolo constar en la conocida escritura de septiembre de 1530. Fíjese el lector que el documento b) dice que el traslado se hace "privilegiis dicte religionis permittentibus"; y el documento e) que las cartas de Alejandro V y Sixto IV autorizan "res...monasteriorum nostrorum auferre...", plural, lo cual parece apoyar mi opinión. Sea como fuere, queda firme la *Carta Misiva*, presentada como documento a), transcrita del original en toda su integridad.

<sup>6</sup> Véase, entre otros, *Cronicón Mayoricense* de A. Campaner, p. 224.

<sup>7</sup> *Islas Baleares* (1888), p. 820.

dalena e per lo ministra de fra menors seguint la voluntat apostolica esser stada elegida en abadessa daquiavant, per manament de vostra magestat certas monges dovotissimas e de bona fama en companya de Sor Prexedis son arribades en aquesta vostra ciutat e es stat atrobat en lo dit pug de la villa dincha no esser edificat monestir sols un principi e no haverhi disposicio per habitar dues monges, e atnent la voluntat de vostra altesa esser sanctissima per lo servey de nostre Senyor Deu desijant satisfer al servey de nostre Senyor Deu e a la voluntat de vostre manament havem pensat en aquesta ciutat haver hun monestir de monges de Sancta Clara lo qual te tal disposicio que santament les dites monges porien habitar e tenir llur orde de observansa e les qui no volrien viure virtuosament juxta lur orde e religio fossen repellides e lo dit monestir se poria reformar e cessaria molta desonestat la qual es vuy en dia en aquell certament en gran offensa de la caritat divina e segons se diu de nostre sant pare vostra altesa te potestat per semblants actes per ço suplicam a vostra Magestat si tal potestat te li placia provehir en tal forma que lo servey de nostre Senyor Deu sia fet e lo benefici de aquest vostre Regne faent recort a vostra altesa en aquesta ciutat son los Reverents prior de Cartoixa, lo guardià de nostra Dona de Jesus e mestre Caldentey als quals de part de aquelles per esser persones virtuosos poria vostra magestat convertir la expedicio de dit negoci e si vostra altesa tal potestat no tenia de nostre sant pare la suplicam li placia haver dita potestat per so que tant beneficios no ses. E la Sanctissima Trinitat tengua en proteccio vostra magestat donantli complida victoria e trihunfe del Regne de Granada. — Data en la vostra ciutat de Mallorques a XXI de febrer any MCCCCLXXXI. — Los humils e devotissims vostres bessant los peus e mans los jurats del Regne de Mallorques.<sup>8</sup>

b) Die XVII mensis Novembris anno a Nativitate Dni. MDXXVI. — In nomine etc. Ego Ludovicus de Villalonga Juris utriusque doctor Archidiaconus et Canonicus Maioricens. et rector parroquialis ecclesie de Spurlis Maioricens. diocesis. Sciens et attendens venerabiles moniales monasterii et conventus Sancte Magdalene podii Inche regularis observantie Sancte Clare cum maximo incomodo labore ac detrimento personarum suarum residentiam facere in dicto monasterio podii Inche ob plures causas et rationes et signanter quia locus ille multum sterilis et siccus est taliter quod tempore estatis maximam patiuntur aque penuriam et necessitatem et ob loci distantiam et podii altitudinem sepenumero inopia perimuntur et eis saltem ita prompte ut oporteret subveniri non potest de aqua et aliis quotidiano victui necessariis taliter quod quando quam ob causam predictas infirmitates pa-

<sup>8</sup> Arch. hist. del Reino: *Letres Missives*, 1490-95, p. 46

tiuntur et a cultu divino distrahuntur et propterea tractatum fuisse ac conclusum jure et privilegiis dicte religionis permittentibus ut conventus et moniales dicti monasterii transferantur et mutentur de dicto loco sive monasterio podii Inche ad ecclesiam sive capellam et locum vulgo dictam et dictum Santa Maria del olivar que est in termino dicte parrochie de Spurlis ut ibi Deo propitio regularem observantiam profiteri valeant Sancte Clare quod equidem valde gratum et acceptum fuit non modo dictis venerabilibus monialibus et Rdis. fratribus regularis observantie divi Francisci curam prelatorum et superioritatem dictarum monialium et conventus predicti habentibus verum etiam Spectabili et Nobili Carolo de Pomar locumtenenti et capitaneo generali et magnificis Juratis et aliis viris patriciis ac primatibus presentis regni et signanter magnificis patriciis possessiones habentibus circa locum predictum Sancte Marie del Olivar cum pro certo habeatur attendita qualitate vicinitate et aliis qualitatibus ac circumstantibus dicti loci ferventius et oportunius ibi divino cultui intendetur et saluberrimum exinde resultabit presidium animabus non modo dictarum venerabilium monialium verum etiam et aliarum personarum vicinarum loco predicto. Sciens et attendens quod ad bonos rectores spectat eis rebus prestare assensum que ad incrementum divini cultus et salutem ac presidium animarum pertinent et quod rei tan laudabili ac sancte non convenerit meum denegari assensum ideo ad laudem Dei omnipotentis et domini Jesu Chisti Salvatoris et redemptoris nostri ac gloriosissime virginis Dei Genitricis Marie sub cuius invocatione dicta ecclesia sive capella Sancte Marie del Olivar est constructa necnon et ad conservationem et ad ampliationem dicte sacre religionis regularis observantie Sancte Clare quam dicte venerabiles moniales profitentur et perpetuo profiteri habent. Gratis cum hoc presenti publico instrumento perpetuis temporibus valituro assentior dicte sacre religioni regularis observantie Sancte Clare et pro ea Rde. Sorori Magdalene Rigolfa abbatisse conventus et monialium predictarum et Rdo. patri Francisco Burgues Safortesa ministro provinciali provincie Majoricensis fratrum regularis observantie Sancti Francisci et monialium observantie regularis Sancte Clare ad quem cura prelatura et superioritas dictarum monialium ut previssum est pertinet et spectat licet absentibus tamquam presentibus interveniente notario subscripto tamquam publica et autentica persona pro eis dictaque religione et futuris abbatissis monialibus prelatisque ac superioribus fratribus et ministris dicte regularis observantie qui nunc sunt et pro tempore fuerint legitime stipulante et recipiente. Et cum salvitate jurium obventionum et oblationum et quartarum funerum quorumcumque et privilegiorum tam mei dicti Ludovici de Villalonga rectoris et curati predictae ecclesie de Spurlis quam etiam dictarum religionum regularis observantie divi Francisci et Sancte Clare concensum permissionem et voluntatem meam presto et accomodo quod in dicta ecclesia sive capella Sancte Marie

olivaris seu juxta illam construatur edificetur et quantum voluerint dicte persone religiose ampliatur monasterium pro predictis et aliis quibuscumque serviciis monialibus dicte regularis observantie Sancte Clare et ibi fiat et sic conventus dictarum monialium et dicta ecclesia sive capella perpetuo deserviat pro ecclesia dicti monasterii et conventus et in loco predicto et circa illum fieri edificari et pretendi valeant omnia que fuerint necessaria et oportuna et expedire videantur dicto monasterio et conventui. Hunc itaque censum et voluntatem meam presto et accomodo prout melius, etc. Deus omnium locorum etc... Ad hec ego dictus frater Franciscus Burgues Safortesa minister provincialis cum modis et salvitatibus predictis acceptans dictum censum lauditionem et emologationem de premissis plurimis vobis dicto Rdo. Ludovico de Vilalonga pro me et dictis religionibus reffero gratias actiones, etc.

Testes venerabiles Anthonius Petro Paschasius Simo ac Johannes Sagui Presbiteri maioricensis. testes vero acceptationis dicti Rdi. patris Francisci Burgues Safortesa qui eundem die acceptavit sunt magnifici Jacobus Litra legum doctor et Joannes Moig civis Majoric.<sup>9</sup>

c) Die XXVIII mensis Novembris anno a Nativitate Dni. MDXXVI. In loco dicto Sancta Maria del Olivar. — In Dei nomine etc. Nos Johannes Anthonius Barthomeu civis unus ex Juratis Magnificis presentis regni Maioricarum Petrus de Mari als de Sancto Johanne domicellus Johanna uxor magnifici quondam Michaelis Maxela civis et Hieronimus Michael Maxela dictorum conjugum filii: Scientes et attendentes venerabiles religiose regularis observantie Sancte Clare ad presens residentes monasterium ac conventum facientes in podio Inche et ecclesia ibidem constructa sub invocatione Sancte Magdalene ob loci sterilitatem siccitatem et multimodam incomoditatem earum eorumque pro debita mantenentia sanctimonialis ac regularis vita sunt necessaria non posse ut deceret vitam sanctimoniam ibidem ducere et propterea tractatum et determinatum fuisse cum interventu et assensu non modo Rdi. ministri provincialis et fratrum Sancti Francisci regularis observantie curam regiminem et superioritatem habentium monialium hordinis Sancte Clare verum etiam spectabilis et Nobilis domini Caroli de Pomar locumtenentis et capitanei generalis et magnificorum Juratorum inferius laudantium eorumque auctoritate quatenus opus sit interponentium et aliorum virorum patriciorum hujus regni quod dicte moniales mutentur et transfrentur ad ecclesiam et locum dictum Santa Maria del Olivar termini parroque de Sporlas ut ibidem juxta dictam regularem observantiam Sancte Clare monasterium et conventum faciant attenta loci comoditate et civitatis maiori vicinitate quod

<sup>9</sup> Id. de Protocolos: Libro *Protocolium mei Petri Antich notarii publici*, etc (1526).

nobis expedit et valde gratum existit cum ex ipsa mutatione monialium et conventus et novi monasterii fundacione speretur maximum remedium ac refrigerium ad salutem animarum, ideo interveniente in his auctoritate ac decreto dicti Spectabilis domini locumtenentis generalis necnon et asensu magnificorum Juratorum presentis regni, gratis donamus donatione videlicet pura, mera, simplici et inter vivos irrevocabili de presenti Rde. sorori Magdalene Rigolfa abbatise dicti monasterii ac conventus licet absenti etc. ac Rdo. patri fratri Francisco Burgues Safortesa ministro provinciali provincie maioricensis fratrum regularis observantie Sancti Francisci ac monialium regularis observantie presenti et nomine dicte religionis acceptanti omnia et quecumque jura nobis et cuilibet nostrum tam continuatim quam divissim pertinentes pertinentia in dicta ecclesia sive capella vulgo dicta Santa Maria del Olivar et pertinentiis illius. Hanc autem donationem facimus prout melius etc. Continentes etc. Promitt. etc. Ad hec ego dictus frater Franciscus Burgues Cafortesa minister predictus in iis presens et dictam donationem pro religionibus ipsis acceptans gratis reffero gratiarum actiones quam plurimas non quas debeo, sed quas possum et valeo. Et nos Johannes Anthonius Barthomeu predictus ac Jacobus de Campfullos cives duo ex Juratis magnificis presentis regni et potestatem ab aliis magnificis consociis nostris in dicto officio habentes in iis presentes et consentientes laudamus approbamus ratificamus et confirmamus quantum opus est omnia et singula superius enarrata tamquam de omni consensu omnium magnificorum Juratorum sociorumque nostrorum facta. Gratis promi... etc. non contravenientes etc. Nos vero Carolus de Pomar loctineus capitaneus generalis in presenti regno maioricarum prospiciens predicta omnia et singula satisfacere et expedire necdum dictis monialibus regularis observantie Sancte Clare verum etiam bono publico hujus regni et saluti animarum et in istis omnibus interveniens nostram in predictis interponimus auctoritatem pariter et decreta nostri presidialis officii eamque approbamus ratificamus et confirmamus. — Testes Jacobus Litra legum doctor et Johannes Moig domicellus de Maiorica, in quorum presentia dicti magnifici Jurati Petrus de Sancto Johanne Johanna Maxella Hieronimus Michael Maxella et frater Franciscus Burgues Cafortesa predicti firmarunt et laudarunt et dictus spectabilis et nobilis dominus loctineus et capitaneus generalis ratificavit approbavit et confirmavit omnia supradicta super quibus sui predicti officii auctoritatem pariter et decretum interposuit.<sup>10</sup>

d) Dicta die in possessione dicte magnifice domine Johannee Maxella. — In Dei nomine etc. Nos Johanna uxor magnifici quondam Michaelis Maxella civis et Hieronimus Michael Maxella dictorum con-

<sup>10</sup> Ibidem.



jugum filius scientes et attendentes venerabiles moniales podii Inche velle ac intendere monasterium ipsum mutare in capelia sive ecclesia Sancte Marie olivaris parrochie de Sporlas cuius quidem ecclesie terminus multum exiguus est scientes insuper dictam ecclesiam termino nostre possessionis circumdari et quoniam tam nobis quam salutis animarum monialium predictarum et vicinorum dicte ecclesie expedire ac utilem esse mutationem ipsam monasterii predicti fieri quia tamen ambitus et ecclesie dicte circuitus ita tenuis et exiguus est mutationem dicti monasterii non patitur propterea ut moniales orent Deum pro animabus ipse maiori vigilantia cultui divino invigilent et adheant bonoque amore ducti quem gerimus erga dictam religionem monialium regularis observantie et ut dicte moniales orent Deum pro animabus nostris gratis donamus donatione videlicet pura mera simplici et inter vivos irrevocabili ac de presenti Rde. religiose sorori Magdalene Rigolfa abbatisse monasterii Inche licet absentis etc. et Rdo. Fratri Francisco Burgues Çafortesa ministro provinciali fratrum ac monialium regularis observantie provinciae maioricensis pro dicta religione acceptanti presenti duo jugera sive dos corterasdas terre ex campo nostro dicte ecclesie Sancte Marie olivaris contiguo sub pacto quod in dictis duobus terre jugeribus edificetur ambitus et dicti monasterii ibidem mutandi circuitus et sub pacto quod si futurum crevisset quod non arbitramur dictas moniales inhiberi non mutari vel dictum locum et ecclesiam deserere quod presens donatio dicte religioni et monialibus ipsis pro non facta habeatur et ipsa duo terre jugera nobis et nostris revertantur. Hanc itaque dictorum duorum terre jugerum donationem vobis et dicte religioni facimus prout melius etc. Dantes omnia etc... Promitt. habere etc. Ad hec ego dictus frater Franciscus Burgues Çafortesa minister provincialis predictis in iis omnibus presens et dictam donationem nobis seu dicte religioni sub pactione et conditionibus antedictis factam acceptans gratis de eadem vobis dictis magnificis Johanne Maxella et Hieronimo Michaeli Mexella ingentes referimus gratiarum actiones non quas debemus licet quas possumus et valemus.—Testes predicti magnifici Jacobus Litra legum doctor et Johannes Moig domicellus de Maiorica in quorum presentia omnes predicti firmarunt.<sup>11</sup>

e) Die lune V<sup>a</sup> mensis septembris anno a nativitate Dni. MDXXX.<sup>12</sup> In Dei nomine etc. Quod nos soror Anna Planes Dei gratie abbatisa monasterii et conventus Beate Virginis Marie del Olivar termini pre-

<sup>11</sup> Ibidem.

<sup>12</sup> Por este documento e), fechado a 5 de septiembre de 1530, la abadesa y comunidad de S'Esgleieta olivetana, avecindadas ya en el municipio de Esporlas, hacen renuncia y donación, a favor de las Jerónimas de la Capital, del edificio por ellas abandonado en el Puig de Inca, el cual, a pesar de que contaban con autorización para desmontarlo y llevarse maderas, hierros y demás materiales

sentis civitatis soror Caterina Parissa soror Raphaela Alber soror Francina Tornera soror Agnes Babilonia soror Michaela Sequiera soror Margarita Neta soror Johanna Steva soror Caterina Burguesssa soror Bonaventura Toguores soror Clara Fustera soror Matheua Bisquerra omnes moniales et profese dicti monasterii et conventus ad sonum campane more solito congregatae atque convocatae in capitulo capitulumque celebrantes pro infrascripto negotio sive causis inter nos tractandis et ad debitum finem deducendis prematuro habito consilio et inter nos moniales colloquio cum multum Rdo. religioso fratre Joanne Crespini presbitero et ministro provinciali provincie maioricensis conventus fratrum minorum de observantia et de observantia monasteriorum Sancte Clare et fratrum tertie regule. Scientes et attendentes nostris predecessoribus religiosis quam sororibus fuisse per tunc Juratos et populos ville Inche pro construendo et edificando quodam monasterio ad omnipotentis Dei ejusque Genitricis Marie laudem et honorem necnon et beate Marie Magdalene dictam capellam illam jam constructam in podio vulgariter puig de Incha ut constat instrumento facto in pose discreti Terrassa notarii quondam sub die... mensis... anno a nativitate M., exinde quod fuisse constitutum monasterium et conventum observantie fratrum minorum beati Francisci de observantia. Scientes et attendentes predecessores nostras ex pauperitatibus ipsarum multas pecunias expendisse pro ipso monasterio construendo et pariter nos exinde de nostris pauperitatibus multas operas fecisse et plurimas pecunias pro ipsis obtinendis continendis et peragendis expendisse. Scientes propter penuriam aque de lissentia et consensu expressis jam dicti Rdi. patris et ministri nostri dictam capellam in dicto loco podii Inche constitutam dereliquisse necnon et conventum in eodem loco facto et mutasse habitationem nostram et conventum nostrum in ecclesia sive capella Beate Virginis Marie dicte vulgariter del olivar termini civitatis maioricarum ibique manere in qua cepimus Deo juvante construere domos et cellas predicto nostro conventu pro quibus omnibus ad debitum effectum deducendis sunt necessarie non modice pecunie qua de reobtinuisse a sede apostolica licentiam et facultatem pro dicto novo per nos in dicto loco Beate Virginis Marie del olivar continendo monasterio et conventu materiam tam ligneam quam lapideam ferream res et als jam obtentas per nos seu per predecessores nostras monasteriorum nostrorum auferre seu

---

útiles y aprovechables para la construcción del nuevo monasterio había quedado intacto. La permanencia de las Clarisas bajo el amparo de Ntra. Señora del Olivar fue efimera ya que no pasó del 1549. En tal año — se alegan distintos motivos — las pobres y sacrificadas Urbanistas realizaban otro éxodo, esta vez, hacia la Ciudad, estableciéndose en la demarcación parroquial de San Miguel sin perder ya el nombre toponimico de su última procedencia: “les monges de l’olivar”, “el convent de l’olivar”, “la plaça de l’olivar”, cuyo historial no entra en nuestro tema.



exportare et exportari facere ut constat indubiis nobis predecessoribus nostris tunc in dicta religione epistolabus concessis per sanctissimos summos pontifices Alexandrum quintum et Sixtum quartum altero videlicet pape Alexandris dato Ananie decima secunda Kalendas septembris sui pontificatus anni primi. Sixti vero pape quarti dato Romae apud sanctum Petrum anno dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto pridie kalendas septembris sui pontificatus anno quarto. Ideo pro dicto novo continendo monasterio gratis per nos et nostras in dicto conventu successores moniales cum interventu dicti Rdi, fratris Joannis Crespini presbiteri et ministri provincialis nostri inferius laudantis precedentibusque primitus licentia et auctoritate necnon et denique facultate cedimus renuntiamus et qualiter opus sit cum presenti donamus in manu et posse notarii infrascripti etc. vobis sorori Hieronime Desmas priorisse monasterii et conventus Sancti Hieronimi civitatis maioricarum ceterisque monialibus dicti conventus absentibus et absentibus et vestris successoribus dictam capellan et edificium per nos in ea constructum unacumque omnibus materiis tam ligneis lapideis quam et ferreis et denique apparamentis ex edificio et cellis inhibi constructis et factis per nos et per nostras antecessores moniales ita et taliter quod amodo de illis possitis et vobis liceat et facere vestras voluntates prout et quemadmodum nobis licebat et facere poseiamus ante presentis justique concessionem. Constituentes nos vestro nomine ad cautelam predicta tenere et possidere donec etc. Titulo etc. Quibus locis etc. Constituentes etiam etc. Extrahentes a nobis totum posse et dominium et in vos tranferentes pleno jure etc. Et promittimus que vobis cedimus renuntiamus et damus ex pacto facere habere etc. contra omnes personas et teneri de evictione pro quibus obli cum licentia dicti patris et ministri nostri dicti bona nostri conventus etc. Renuntiamus largo modo etc. Ad hec ego religiosus frater Joannes Crespini presbiter et minister provincialis provintie presentis regni maioricarum conventus fratrum minorum de observantia monialium Sancte Clare et fratrum tertie regule hiis presens et consentiens laudo et confirmo omnia supradicta ut pose de meis assensu et consensu voluntate licentia et auctoritate justa etc. Et ego Michael Estelrich presbiter et in ecclesia parochiali Sancte Eulalie beneficiatus etiam hiis omnibus presens ne vos dicta religiosa soror Anna Planes abbatissa dicti monasterii et conventus Beate Virginis Marie del Olivar termini presentis civitatis ceteraque sorores et moniales tantum dampnum patiamini ex dicta renuntiatione et donatione dictarum materiarum lignearum lapidearum et ferrearum exportare desiderantium et volentium ex dicta capella podii Inche et in subsidium vestri monasterii et conventus de novo continendi et operarum ejusde nomine dictae sorori Hieronime Desmas priorisse dicti conventus Sancti Hieronimi civitatis Maioricarum et pro ipso conventu serie cum presenti dono vobis dictae religiose sorori Anne Planes abbatisse ceterisque religiosis sororibus monialibus nec-

non et dicto conventui presentibus etc. quinquaginta ducatos auri et de auro largos boni et justi ponderis valentes octuaginta libras monete maioricarum solvendo et solvendas omnimode voluntati vestre quando-cumque verbo fuero simpliciter requisitus quos et quas nunch pro nunch et tunch pro tunch salvo et assecuro vobis nencnon et vestro conventui super omnibus bonis meis eosque solvere promitto omnimode voluntati vestre sub pena omnium missionum super quibus credatur, etc. pro quibus servandis obli bona mea etc. Renuntians largo modo etc. fiat ut in forma etc. Actum est in ecclesia Sancte Marie del Olivar etc.

Testes inde sunt honorabiles Michael Prats mercator, Martinus Prexana lanior et Bartholomeus Farra in quorum presentia omnes firmarunt.<sup>13</sup>

Bartolomé Guasp Gelabert, Pr.

---

<sup>13</sup> Arch. de Protocolos: Libro *Protocollium Michaelis Roig* etc (1530).